Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Bigamia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

Visual Library

DE BIGAMIA.

Abuſus vocabuli eſt, bigamiam ſeu Digamiam intelligere, pro altero coniugio mariti, quod priori defuncta, cum alia init. Nam ſic bigamus vulgo in Eccleſia Romana dicitur, vir, qui nunc alteram habet vxorem, priori mortua. Item Trigamus, quia tertiam ducit, duabus prioribus extinctis. Atqui, propriè Bigamus aut Digamus dicitur, qui ſimul & ſemel duas habet coniuges viuas, vt Elcana, habens coniuges Annam & Phenennam.

Mirum igitur eſt, in hac tanta omnium liberalium artium & linguarum luce, pontificios tamen veterem iſtius vocabuli abuſum, tam obſtinatè tueri, & hinc quaſdam monſtroſas opiniones effingere, easq; pertinaciter defendere, vt ſuo loco dicendum erit.

De Iure autem, ſimul & ſemel habendi duas vxores, facile eſt ex rationibus illuſtriſſimis, quas paulo ante enumerauimus, iudicium facere. Satis autem ſufficiens vel hac vnica eſt, Deus initiò creauit, & copulauit maſculum & fœminam. Et Chriſti & Apoſtolorum repetitio, perſpicua eſt, Erunt DVO in carnem vnam.

DE POLYGAMIA.

Polygamia